

Clerus et capitulus  
maioris ecclesie Materane

*11*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Clerus et capitulus  
maioris ecclesie Materane

*11*

1452-05-04

# [*maior*]is ecclesie in Saxo Barisano existencia civitatis Matere.

/ In primis cripta <una> # <iuxta> [ecclesi]am maiorem Matere, iuxta domum dotalem Demetri Petri Russi, mediante via puplica qua itur usque ecclesiam Sancti Petri de / Principibus. Item cripta una cum platea ac fovea # iuxta criptam Antonii de Marasco et iuxta criptam Pauli Cicci Petri Sari. Item cripta una cum quodam criptorio ante ipsam, in quo nunc hedificata est domus palaciatam, sita et posita in eadem contrata sive loco, iuxta domum Andree Fratri Montoni et iuxta [viam] # qua itur a platea puplica Matere ad ipsum Saxum Barisanum, quamdomum palaciatam hedificavit magister Franciscus de Latercia et servit annuatim tarenos tres. Item cripta una sita et posita in pictagio Sancti Georgii, iuxta criptam Micculi de Massafra, in platea cuius cripte Petrucius Antonii de Marasco hedificavit domum unam palaciatam et servit annuatim grana septem. Item cripta una cum platea et stagharono ante ipsam, sita et posita in dicto pictagio Sancti Georgii, iuxta criptam heredum Angeli Iohannucii de Cicco et iuxta domum palaciatam heredum dicti Angeli, incensuata imperpetuum pro tarenis duobus annuatim. Item cripta una cum platea ante ipsam, sita et posita in pictagio Sancti Andree, iuxta domum palaciatam Antonii de Goffrido et iuxta criptam Herculis Andree de Nucio. Item cripta una in pictagio Sancti Iohannis cum platea et foveis duabus ante ipsam, sita et posita iuxta criptam ecclesie Sancte Marie Nove et iuxta criptam Eustasii de Lillo. Item cripta una sita et posita in eodem pictagio, cum cammarella iuxta ipsam, iuxta criptam Sancti Iohannis et iuxta viam qua itur ad dictam ecclesiam Sancti Iohannis. Item cripta una sita et posita

in eodem pictagio, cum platea et camarella ante ipsam et cum usu aque cisterne que est ante domum heredum Iohannis Rubei, iuxta domum dicti Iohannis Rubei. Item cripte due contigue cum platea et scala ante ipsas et cum portica una parva iuxta ipsas, site et posite iuxta aliam suprascriptam criptam eorundem clericorum et iuxta supra quamdam aliam criptam clericorum ipsorum. Item cripta una alia sita et posita in eodem pictagio, subtus dictum porticum et iuxta criptam dotalem Iacobi de Bigharina. Item cripta una sita et posita in eodem pictagio cum platea ante ipsam, in qua Angelus magistri Dominici hedificavit domum unam, cum oliva ante ipsam, iuxta Gravilionem, via puplica mediante, iuxta domum ipsius Angeli. Item cripta una cum platea et camarella ante ipsam, sita et posita in pictagio Sancte // Marie Veteris, iuxta domum Gemme Micculi Iohannis de Basilio et iuxta domum Iohannis magistri Eustasii. Item cripta una sita et posita in eodem pictagio, cum platea et cisterna ante ipsam, iuxta predictam criptam seu domum predictae Gemme et iuxta viam puplicam et iuxta aliam criptam ipsorum clericorum, quadam clavica mediante. Item cripta una sita et posita in eodem pictagio, cum platea ante ipsam, iuxta suprascriptam proxime domum, dicta clavica mediante, et iuxta domum Pascue Donati magistri Gregorii. Item cripta una cum platea ante ipsam, sita et posita in pictagio Sancti Petri de Principibus, in loco qui vocatur Cintus, iuxta criptam Donati notari Angeli. Item cripte due cum platea ante ipsas, site et posite in dicto Cinto, iuxta criptam Sancti Petri de Principibus et iuxta ortum Angeli magistri Eustasii. Item cripta una cum platea et cisterna ante ipsam, sita et posita in pictagio Sancte Marie Veteris, iuxta domum Herculis Andree de Nucio et de subtus

criptam heredum Danesii. Item cripta una cum platea ante ipsam, in eodem pictagio, iuxta domum heredum Micculi Iohannis de Basilio et iuxta criptam Pauli Iohannucii Mathei Ingallati. Item porticus una sita et posita iuxta criptam seu porticum heredum Motri et iuxta criptam Nute de Presto, cum usu aque unius cisterne ante ipsam. Item cripta una sita et posita in pictagio sancti Nicolai de Sole, iuxta porticum / Angeli de Percha et iuxta criptam seu porticum Guillielmi de Citirnella. Item criptilla una sita et posita in pictagio Sancti Antonii, infra plateam cripte que fuit Mucelli de Scarcellis. Item cripta una cum platea ante ipsam, in qua hedificatum est palacium, in eodem pictagio Sancti Antonii, iuxta criptam heredum Georgii de Rospo et iuxta quamdam aliam criptam beneficalem iuxta viam puplicam. Item cripta una cum platea ante ipsam, sita et posita in pictagio Sancti Benedicti, iuxta criptam heredum Montis Albani et iuxta domum Sancti Antonii, quam tenet magister Urso. Item cripta una cum platea ante ipsam, sita et posita in pictagio Sancti Pauli, iuxta eamdem ecclesiam sancti Pauli et iuxta criptam beneficalem Sancte Ecaterine de Cimiterio. Item locus unus in quo est hedificata domus una que solet dici in [fur]no, in pictagio sancte Trinitatis, iuxta Gravilionem et iuxta viam puplicam qua itur ad ecclesiam sancte Trinitatis. Item cripta una cum platea ante ipsam in pictagio sancti Pauli, iuxta criptam sancte Trinitatis et iuxta criptam Angeli de Pincto. Item cripta una cum platea et fovea et orto cum arboribus ante ipsam, sita et posita in pictagio Sancti Pauli, iuxta viam puplicam descendantem ab ipsa ecclesia Santi Pauli et iuxta criptam quam tenet conductam dominus Angelus de Gravina ab heredibus Eustasii notarii Angeli, quam donavit dictus Eustasius

pro anniversario. Item cripta una sita et posita in dicto pictagio Santi Pauli, iuxta viam publicam et iuxta criptam Angeli Iohey. Item cripta una cum platea ante ipsam, sita et posita in pictagio sancti Petri de Vetranis, iuxta cripta ecclesie dicti sancti Petri. Item cripta una sita et posita in pictagio sanctorum Crisanti et Darie, cum platea ante ipsam, iuxta viam et iuxta criptam heredum Mistrulli. Item cripta una de subtus ad ipsam criptam, iuxta ortum Antonii de Citirnella et iuxta criptam heredum magistri Leonis et iuxta cursum aquarum. Item cripta una, que vulgariter nuncupatur Grocta Campanara, in pictagio sancti Nicolao de Fraginario. Item cripta una quam tenet ecclesia sancti Petri de Veteribus. Item locus unus vacuus, situs et positus supra ecclesia sancte Trinitatis, ante domum seu criptam Iacobi Mafoni, iuxta criptam ipsam et iuxta viam transeuntem per ante criptam ipsam. Item porticus una cum foveola una onerata, iuxta ecclesiam sancti Nicolai de Sole et iuxta ecclesiam sancti Archangeli. Item servitus tarenorum duorum in palacio Nicolai de Matera, sito et posito in pictagio sancti Nicolai de Sole, iuxta criptam sancte Trinitatis et iuxta criptam Angillelle Andree Subtilis, quos tarenos duos donavit dominus Iacobus de Spaupere pro anniversario. Item porticus una sita et posita in pictagio Sancti Viti, iuxta et prope ecclesiam sancti Petri, cum fovea una ante ipsam, iuxta Gravilionem, via publica mediante. Item criptilla una in eodem pictagio, iuxta dictam porticum dictamque foveam et prope cisternam heredum abbatis Iacobi. Item cripta una sita et posita in pictagio sancti Georgii cum platea et fovea et orto uno cum oliva una ante ipsam, iuxta Gravighonum, iuxta criptam Marci Nicolai domni Thomasii et iuxta viam publicam que descendit a platea publica Matere. Item cripta una sita

et posita in pictagio sancti Viti, iuxta criptam domini Petri Nicolai de Cassano et iuxta criptam heredum dicti Nicolai de Cassano. Item cripta una in pictagio sancti Ianuarii, iuxta criptas duas heredum Nicolai de Ballata. Item cripte due contigue cum platea ante ipsas, site et posite in pictagio Sancti Martini, iuxta criptam domini Georgii et iuxta criptam Petri dicti lo Vecchio, que cripte habent usum aque in una cisterna que est ante ipsas. Item cripte due site et posite in pictagio sancti Laurencii cum platea ante ipsas, iuxta ortum heredum Philippi de Frisono et iuxta viam puplicam, cum uno orticello ante ipsas. Item fovea una ante criptas ipsas. Item fovea una ante suprascriptas duas proximo criptas. Item cripta una sita et posita in pictagio sancti Laurencii, cum camarella ante ipsam, iuxta criptam Antonii dicti Manchini et iuxta viam puplicam et iuxta criptam ipsorum clericorum. Item cripta una cum platea et cisterna ante ipsam, sita et posita in pictagio sancti Laurencii, iuxta criptam supra proximo scriptam ipsorum clericorum et iuxta aliam criptam clericorum eorundem. Item alia cripta in eodem loco, prope criptam proximo supra scriptam, cum platea et usu cisterne posite ante ipsam et iuxta viam puplicam qua descenditur a Scaricata. Item cripte quatuor contigue et coniuncte, site et posite in pictagio sancti Martini, iuxta viam puplicam que dicitur la Scaricata et iuxta criptam sancti Petri de Veteris. Item cripte tres contigue et coniuncte iuxta viam que dicitur la Scaricata. Item cripta una que dicitur lo forno, sita et posita in Lambardis iuxta Gravighonum, via vicinali mediante, iuxta criptam Riccardi de Terratufulo. Item cripta una in Lambardis, iuxta criptam Antonelli Eustasii notarii Angeli et iuxta criptam heredis Nicolai Bay. Item cripta una in Lambardis, cum platea ante ipsam,

iuxta criptam heredum prefati Nicolai Bay et iuxta criptam Marini Scavi. Item cripta una in Lambardis, iuxta criptam Antonii Petri Filerii et iuxta criptam Nicolai de Horio. Item cripta una in eodem loco, iuxta criptam dicti Petri Filerii et iuxta criptam Tucii Iohannis Rubei. Item fovea una sita et posita in Lambardis, iuxta Gravighonum. Item cripta una cum platea, orticello et fovea ante ipsam, in pictagio sancti Laurencii, iuxta viam qua itur ad ipsam ecclesiam sancti Laurencii et iuxta criptas Rose Luce de Ballonis. Item cripta una sita et posita in pictagio sancti Laurencii, cum platea et parte cisterne et cum cammarella ante ipsam, iuxta criptam servientem clericis supradictis ac inservientem ecclesie sancte Marie de Veteris. Item cripta una in eodem pictagio, iuxta criptam heredum de Nepto et iuxta viam descendentem a platea publica Matere. Item cripta una in eodem pictagio et loco, cum camarella ante ipsam, iuxta criptam ecclesie sancti Laurencii et iuxta prefatam criptam de Nepto. Item cripte due in eodem pictagio, cum platea ante ipsas, in frontispicio plani, iuxta criptam censuatam per Loysium magistri Antonii ab Eustasio de Nucio. Item cripta una cum platea et fovea una ante ipsam, iuxta criptam disrutam Thomasii de Pesco et iuxta criptas conductas per dictum Thomasium de Pesco ab ipsis clericis imperpetuum. Item cripte due iuxta et prope criptam suprascriptam. Item cripte due site et posite in pictagio sancte Marie Nove, retro post [fogialia], coniuncte et // contigue, iuxta porticum sancti Iohannis et iuxta aliam criptam ipsorum clericorum, cum uno orto desuper ipsas. Item fovea una ante ipsas. Item cripta una in eodem loco et pictagio, cum platea ante ipsam et cum orticello desuper ipsam, iuxta prefatas duas criptas proximo suprascriptas et iuxta aliam

criptam ipsorum clericorum. Item cripta una alia cum quadam alia criptilla prope ipsam, que est in sinistra parte intrando ipsam criptam, cum fovea una ante ipsas, iuxta criptam proximo suprascriptam et iuxta criptas Pacis de Montanghulo. Item cripte tres coniuncte et contigue cum platea et stagharono uno ante ipsas, site et posite in pictagio sancti Georgii, subtus pomis sancti Eustasii et iuxta criptam sancti Viti et iuxta viam puplicam ex utroque latere. Item cripta una sita et posita in Lambardis, cum platea ante ipsam iuxta porticum, incensuatam domno Blasio notarii Eustasii per heredes Nepti et supra unam criptam eiusdem capituli incensuatam Iacobo de Ircucio et de sub quadam alia cripta eiusdem capituli incensuatam Eustasio Petri Aceti. Item cripta una alia in eodem loco sita et posita, iuxta dictam criptam proximo suprascriptam et iuxta porticum Leonis de Vinecto. Item cripta una alia in eodem loco, iuxta criptam Tote Iohannis Cozuli et iuxta viam vicinalem venientem ab inferiori parte Lambardarum. Item cripte sex contigue et coniuncte, quarum una est aliquantulum inferius aliis, posita etiam in Lambardis, iuxta criptam sancti Laurencii et iuxta criptam sancte Marie Nove. Item cripta una alia subterranea, sita et posita in eodem loco et habet ianuam versus ianuas et in frontispicio supra proximo scriptarum quinque criptarum. Item cripta una sita et posita in plano et in contrata sancti Dominici, cum platea et fovea una ante ipsam, iuxta criptam sancti Dominici et iuxta criptam domini archiepiscopi et iuxta viam puplicam et cum orto desuper ipsam. Item cripta una cum platea et camarellis duabus et fovea una ante ipsam, sita et posita in pictagio Sancti Blasii, iuxta viam puplicam et iuxta criptam Sancti Petri de Veteranis. Item cisterna una magna sita et posita in pictagio sancti Blasii, iuxta

ortum Sancte Marie Nove et iuxta ortum Thomaselli de Alemo, via puplica mediante. Item cripte quatuor contigue et coniuncte, site et posite in pictagio sancti Cesarii, iuxta criptam Iacobi Mafoni et iuxta criptam Antonii de Ciminello et iuxta viam, cum fovea ante unam ipsarum et cisterna unam ante aliam ipsarum. Item cripta una in pictagio sancti Cesarii sita et posita iuxta criptam Angeli Eustasii notarii Angeli et iuxta criptam do-//-talem Loysii Angeli Iohannucii de Cicco. //

1

2

3

4

5

6

7

8

9

Lorem ipsum dolor sit amet

*Per quo*

*Per olivis*

C. Du Cange, *Glossarium medie et infimae latinitatis*, éd. aug., Parisiis 1883-1887, t. 2, col. 359c.

*Nell'interlineo dicti*

*Per Gravilionem*

*Per Gravilionem*

*Per heredum*

*Segue una cancellatura*

*Per Gravilionem*